



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Avdoenvs Ep. 24. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

damonum simulachra obmutuerunt, & torqueri se immaniter à BARTHOLOMÆO clamitarunt. Proinde orci larvas è cive, itemque Regis Polymii filiâ facile abegit. Eam ob rem cum Rex onustos illi auro gemmisque camelos transmisisset, remissis omnibus, eidem significari jussit, minimè harum rerum mercatorem se agere, sed animarum, quas si cælo intulisset, tum demum lucrum ingens se fecisse existimaturum. His igitur Rex permotus non difficulter manus illi dedit, à quo ipsi Dii victos se esse faterentur; traxitque suo exemplo cum liberis regni benè magnam partem. At Assyages Regis frater nimium quantum hoc nuntio exacerbatus pellem vivo detraxit BARTHOLOMÆO, & capite truncavit. Quid ad hæc vos, qui pellem lautè ac nitide habetis, qui aqualiculo fulcitis? necdum angustâ ad cæli atria portam creditis? *Ex Brev. Petro de Natal. & Lippelo.*

S. AVDOENVS EP. 24. Augusti.

ANulum Dagoberti Regis AVDOENVS curabat, ipse anuli pulcherrima gemma. Officio suo tunc se fungi arbitrabatur, si Regem sui commonefecisset. Pauperum pater amantissimus, sui iudex severissimus carnem nudam cilicio tegebat, cilicium aureâ

Gg 4 veste

veste diffimulabat, hoc sanctior, quò
superbior. As paternus inter illum &
fratres ita dispensatus, ut omnem pau-
peres monachique acciperent. Ipsi
quoque rebus humanis omnibus vale
dixerunt & vel inter monachos aulici,
vel quod magis mirere, inter aulicos
monachi vixerunt. Episcopus Rotho-
magenſis creatus Hispanias septem an-
norū ſiccitate vexatas lacrimis primò,
mox imbre beato recreavit. Monumē-
ta pietatis templa ac cœnobia plurima
reliquit, prodigiis non rarò adjutus.
Ita templum meditati locum crux
per aërem viſa rutilare igneaque co-
lumna ostendit. Aliàs commercium,
quod illi cum cælo erat, literæ inde
miſſæ prodiderunt, quibus moneba-
tur, ne D. Marculphi caput à reliquis
offibus (ut quidem cogitabat) ſepara-
ret. Saxum ingens, quod loco movere
multa boum juga non poterant, dua-
bus buculis obſequens habuit. Id cum
inſideret per contemptum muliercula,
diſcludi è ſuis orbibus oculos ſuos vi-
dit. Quid, quòd laudes A V D O E N I
ranae templo vicinae locutæ ſunt, cum
obſtrepentes divinis officiis tacere juſ-
ſæ imperio Divi paruerunt? At noſtro
ævo ranas garrulas in ipſum templum
videas penetrare. Ex *Sur.*